

Joab, quas cum ille accepisset, statim juxta regis præscriptum, illum eo loco constituit unde certissima videbatur proponi moriendi necessitas; neque pauci cum illo ceciderunt, quibus potior fuit honesta mors, quam ignobilis fuga. Docet autem Josephus, inimicorum impetum penè solum Uriam excepsisse, et illorum interemisse non paucos, donec circumventus cum aliis paucis non inultus occubuit. Successus illius adversi et acceptæ plagæ nuntium misit Joab ad regem, quem admonuit, ut si gravius rex accipere videretur temerarium assultum, et accessum ad murum, adderet Uriæ cædem, quâ sciebat temperandum esse dolorem aut iram, si quam rex ex acceptâ plagâ concepsisset. Nota est historia Abimelech filii Gedeonis, qui etiam vocatur Jerobaal, quomodò, quia studio pugnandi, dum audaciùs accedit ad murum, percussus molari lapide à feminâ, subiit exitium. Hanc historiam habes Judic. c. 9, quam cognitam fuisse oportet iis qui militiæ dant operam, præcipuè illis qui præsumunt, qui ab interitu Abimelech magnum habent et familiare documentum.

VERS. 25. — NON TE FRANGAT ISTA RES: VARIUS ENIM EVENTUS EST BELLII. Non fefellit Joab sua cogitatio: nam audito Uriæ casu minùs commotus fuit rex, quàm deberet, imò quàm tulisset, nisi turpis amor et studium celandi flagitii regium ademisset aut turbasset spiritum. Quare ægrè non fert suorum cædem, quorum debuit providere salutem; non Israelitici nominis dedecus, quod subierunt, qui ad regis præscriptum ignobili fugâ in medio conflictu deseruerunt Uriam moriturum. Hæc non curabat is, ex cujus animo libido et metus consilium expectorârât et mentem: imò potiùs probat factum Joab, jubetque illum bono esse animo, neque existimare inusitatum esse, ut qui secundâ plerùmque est usus, aliquando adversam experiatur fortunam. Hæc est enim bellorum natura, ut modò in hanc, modò in illam partem inclinet victoria. Neque desperet de meliori eventu, etiam dum bellicis urgetur incommodis, et exultantes victoriâ spectat adversarios.

utrumque enim nomen idem ipse vir obtinebat. Textus Hebræus pro *Jerobaal* legit *Jerobeseth*; abstinebant enim Judæi, ne efferrent nomen Baal, quod profani numinis memoriam revocaret, substituebantque nomen *Beseth*, quod sonat confusionem, infamiam, ignominiam. Miphiboseth, et Isboseth genuino nomine appellabantur Miphibæal et Isbaal, eandem metamorphosim passi ac *Jerobeseth*. (Calmet.)

VERS. 26. — AUDIVIT AUTEM UXOR URIÆ, QUOD MORTUUS ESSET URIAS VIR SUUS, ET PLANXIT EUM. An lacrymas expresserit dolor, vel artificium aliquod, quale notum est, et familiare mulierculis, quæ lacrymas vendunt, et licet multum ac diù plorent, nunquàm tamen siccantur lacrymarum scatebræ, non faciliè statures. Nam sicut David non videtur ex Uriæ interitu dolorem cepisse, quia sic putabat celari posse immane flagitium, et dignitati suæ fuisse consultum, sic etiam quia illud idem assequabatur, conjuge sublato, Bethsabæe, sperabatque fore, ut eo impedimento submoto, ad regium thalamum ascenderet. Non est incredibile, minùs illi conjugis cædem dolori fuisse, quàm pudicam deceret et amantem viri. Dolere se in Pompeii morte simulabat Cæsar, et ad gemitus addebat quoque lacrymas; sed neque dolebat, nec lacrymabatur seriò, sed simulatò, cum potiùs exultaret animo, cum videret esse nullum, qui ipsi viam ad imperium obstrueret. De quo verè Lucanus:

*Lacrymas non spontè cadentes*

*Effudit, gemitusque expressit pectore læto.*

Quidquid verò sit, planxit virum suum, id est, parentavit, aut funebres honores impendit, qui vitâ defunctis à conjugibus et aliquâ necessitudine conjunctis debentur. Planctus autem et luctus externus ille habitus est, et funeris impendium, quo vivi suam in mortuos pietatem et amorem ostendunt, quales vestes atræ et sordidæ, decalvatum caput, funereæ faces, et publicus atque domesticus fletus, etiamsi procul ab animo dolor absit. Sic Hieronymus, epist. 25 ad Paulam: « Planctus, » inquit, magnus non in plangentium exanitione, sed in pompâ funeris et exequiarum frequentia intelligendus est. » Denique De Jacob Scriptura sic loquitur: *Et ascendit Joseph sepelire patrem suum, et ascenderunt cum eo omnes pueri Pharaonis, et seniores domus ejus, et seniores omnis terræ Ægypti, et omnis domus Joseph et fratres ejus. Et post paululum: Et ascenderunt cum eo quadrigæ, et equites, et facta sunt castra grandia nimis. Ac deinde: Et planxerunt eum planctu magno et forti nimis. » Planctus iste solemnus non longas Ægyptiis imperat lacrymas, sed fœneris monstrat ornatum. » Hæc Hieronymus, qui Ægyptiorum exemplo satis probat, in quo maximè funereus ille planctus consistat. Neque enim Ægyptii habebant, cur tantoperè in peregrini, nequedum sibi cogniti hominis obitu dolerent ac lamentaren-*

tur. Neque vicini populi, qui Ægyptiorum multitudinem procul spectabant, aut audiebant gemitus, aut videbant lacrymas; sed quia accensas videbant faces et pullulatam pompam, quia hæc erant legitima parentalium signa, dixerunt Gen. c. 5, v. 11: *Planctus magnus est iste Ægyptiis*. Hunc ego planctum impensum arbitror Uriæ à Bethsabæe, licet gemitum et lacrymas intercessisse putem.

VERS. 27. — TRANSACTO AUTEM LUCTU, MISIT DAVID, ET INTRODUXIT EAM IN DOMUM SUAM. Postquam data est viro funebri opera, et impensum illud pietatis et fidei conjugalium officium, quia jam expetitis nuptiis à lege, seu consuetudine nullum opponeretur impedimentum, induxit David in domum suam Bethsabæe, et habuit uxorem. Planctus autem ille, ut opinor, septemdiarius fuit: nam licet in aliquos principes productus fuerit ad spatium temporis longius planctus ille, ut in funere Aaron, cui impensum fuerunt dies triginta, Num. 20, v. 30, et totidem Moysi, Deut. 34, aliis quasi legitimum planctus septem dierum fuit. Sic Jacobum septem diebus honorario planctu prosecuti sunt Ægyptii in terrâ Chanaan, licet in Ægypto in ejus parentalibus dies multò plures consumpti sint. Et hunc septemdiarium luctum esse legitimum docet illud Eccl. 22, v. 13: *Luctus mortui septem dies; satui autem, et impiis omnes dies vitæ illorum*.

PEPERITQUE EI FILIUM. Illum nempe, quem ex adulterio conceperat. Unde colligitur non duras planctum per annum, aut longum tempus, quando puer multò ante conceptus natus est in domo David.

ET DISPLICUIT VERBUM HOC, QUOD FECERAT DAVID CORAM DOMINO. In verbo hoc illa intelligo, quæ Dei nomine sequenti capite Davidi exprobravit Nathan, quia alienum thalamum adulterino violavit concubitu; quia occidit innocens.

#### CAPUT XII.

1. Misit ergo Dominus Nathan ad David; qui cum venisset ad eum dixit ei: Duo viri erant in civitate unâ, unus dives et alter pauper.

2. Dives habebat oves et boves plurimos valdè;

3. Pauper autem nihil habebat omninò præter ovem unam parvulam, quam emerat et nutrierat, et quæ creverat apud eum cum filiis ejus simul, de pane illius comedens et de calice ejus bibens et in sinu illius dormiens: eratque illi sicut filia.

centem Uriam; quia ejus uxorem sibi conjugali vinculo sociavit. Sic autem Dei nomine Nathan ad Davidem c. 12, v. 9: *Uriam Hethæum percussisti gladio, et uxorem illius accepisti in uxorem tibi*.

Ex hoc, opinor, loco conjectârunt Hebræi, in concubitu Davidis cum Bethsabæe ante Uriæ mortem nullum fuisse peccatum, quia cum Uriæ cædem, et cum illius uxore conjugium exprobrat Nathan, illius tamen siluit adulterium: illud verò factum hæc ratione à turpitudine atque peccato liberant, quia euntes, inquit, ad bellum, in quo mors ubique præsens occurrat, libellum repudii dant uxoribus, quo permittunt, ut, cuicumque velint, suo arbitratu nubant, cum solutæ jam sint à matrimonii lege. Atque ideò optimè potuit David cum Bethsabæe jam omninò suâ legitimum habere congressum. Hanc Hebræorum cogitationem multis modis confutat Abulensis q. 8. Primùm, quia si semel uxorem dimisisset solemni formâ cum libello repudii, non posset iterùm ad illam redire, ut constat Deut. 24, v. 2, si repudiata alterius nuptias iniisset. Quare necesse erat, ut omnes, qui reverterentur à bello, nisi mallent vitam agere cœlibem, novas ambirent conjuges. Quòd si propter periculum mortis eo uterentur consilio, ut si marito mori in acie contingeret, ipsa posset alium sibi conjugem asciscere, frustra libellus ille porrigebatur uxori, cum viro mortuo, nulla illi jam imponebatur necessitas non nubendi alteri, cum alterius obitus omnia matrimonii vincula dissolveret. Neque Bethsabæe uxor unquam diceretur Uriæ, ex quo ad bellum processit; neque solemni ritu planxisset mortuum; neque jussus esset Urias à David, ut ad domum suam diverteret, et se cum uxore interim oblectaret. Vide plura apud Abulensem supra; sed in re usque adeò ludicrà plus à nobis satis.

#### CHAPITRE XII.

1. Le Seigneur envoya donc Nathan vers David, et Nathan, étant venu le trouver, lui dit: Il y avait deux hommes dans une ville de votre royaume, dont l'un était riche et l'autre pauvre.

2. Le riche avait un grand nombre de brebis et de bœufs;

3. Le pauvre n'avait rien du tout qu'une petite brebis, qu'il avait achetée et nourrie avec grand soin, qui avait crû parmi ses enfants, mangeant de son pain, buvant dans sa coupe et dormant sur son sein; et il la chérissait comme sa fille.

4. Cum autem peregrinus quidam venisset ad divitem, parcens ille sumere de ovibus et de bobus suis ut exhiberet convivium peregrino illi qui venerat ad se, tulit ovem viri pauperis, et præparavit cibos homini qui venerat ad se.

5. Iratus autem indignatione David adversus hominem illum nimis, dixit ad Nathan : Vivit Dominus ! quoniam filius mortis est vir qui fecit hoc.

6. Ovem reddet in quadruplum eò quòd fecerit verbum istud, et non pepererit.

7. Dixit autem Nathan ad David : Tu es ille vir. Hæc dicit Dominus Deus Israel : Ego unxi te in regem super Israel, et ego erui te de manu Saül.

8. Et dedi tibi domum domini tui, et uxores domini tui in sinu tuo, dedique tibi domum Israel et Juda ; et si parva sunt ista, adjiciam tibi multò majora :

9. Quare ergo contempsisti verbum Domini, ut faceres malum in conspectu meo ? Uriam Hethæum percussisti gladio, et uxorem illius accepisti in uxorem tibi, et interfecisti eum gladio filiorum Ammon.

10. Quamobrem non recedet gladius de domo tuâ usque in sempiternum, eò quòd despexeris me, et tuleris uxorem Uriæ Hethæi ut esset uxor tua.

11. Itaque hæc dicit Dominus : Ecce ego suscitabo super te malum de domo tuâ ; et tollam uxores tuas in oculis tuis et dabo proximo tuo, et dormiet cum uxoribus tuis in oculis solis hujus.

12. Tu enim fecisti absconditè, ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, et in conspectu solis.

13. Et dixit David ad Nathan : Peccavi Domino. Dixitque Nathan ad David : Dominus quoque transtulit peccatum tuum : non morieris ;

14. Verumtamen quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini, propter verbum hoc filius qui natus est tibi morte morietur.

15. Et reversus est Nathan in domum suam. Percussit quoque Dominus parvulum quem pepererat uxor Uriæ David, et desperatus est.

16. Deprecatusque est David Dominum

4. Un étranger étant venu voir le riche, celui-ci ne voulut point toucher à ses brebis ni à ses bœufs pour lui faire festin, mais il prit la brebis de ce pauvre homme et la donna à manger à son hôte.

5. David entra dans une grande indignation contre cet homme, et dit à Nathan : Vive le Seigneur ! celui qui a fait cette action est digne de mort, et il en sera puni.

6. Il rendra la brebis au quadruple, pour en avoir usé de la sorte et pour n'avoir point épargné le pauvre.

7. Nathan dit à David : Vous êtes cet homme. Voici ce que dit le Seigneur Dieu d'Israël : Je vous ai sacré roi sur Israël, et je vous ai délivré de la main de Saül.

8. Je vous ai mis entre les mains la maison et les femmes de votre seigneur ; je vous ai rendu maître de toute la maison d'Israël et de Juda ; si cela paraît peu de chose, je suis prêt d'y en ajouter encore beaucoup d'autres :

9. Pourquoi donc avez-vous méprisé ma parole jusqu'à commettre le mal devant mes yeux ? Vous avez fait perdre la vie à Urie, Héthéen ; vous lui avez ôté sa femme, et vous l'avez prise pour vous ; et vous l'avez tué par l'épée des enfants d'Ammon, qui sont mes ennemis.

10. C'est pourquoi l'épée ne sortira jamais de votre maison, parce que vous m'avez méprisé, et que vous avez pris pour vous la femme d'Urie, Héthéen.

11. Voici donc ce que dit le Seigneur : Je vais vous susciter des maux de votre propre maison ; je prendrai vos femmes à vos yeux, je les donnerai à votre semblable, et il dormira avec vos femmes aux yeux de ce soleil.

12. Car pour vous, vous avez fait cette action en secret, mais pour moi, je la ferai à la vue de tout Israël et à la vue du soleil.

13. David dit à Nathan : J'ai péché contre le Seigneur, et j'en ai une vraie douleur. Nathan lui répondit : Le Seigneur, qui voit la sincérité de votre repentir, a aussi pardonné votre péché : vous ne mourrez point ;

14. Mais néanmoins, parce que par votre péché vous avez été cause que les ennemis du Seigneur ont blasphémé contre lui, en leur faisant remporter l'avantage sur son peuple, le fils qui vous est né de votre crime va perdre la vie.

15. Nathan retourna ensuite à sa maison. Et le Seigneur frappa l'enfant que la femme d'Urie avait eu de David, et il fut désespéré.

16. David pria le Seigneur pour l'enfant ; il

pro parvulo, et jejunavit David jejuniò, et ingressus seorsum jacuit super terram.

17. Venerunt autem seniores domus ejus, cogentes eum ut surgeret de terrâ ; qui noluit, nec comedit eum eis cibum.

18. Accidit autem die septimâ ut moretur infans. Timueruntque servi David nuntiare ei quòd mortuus esset parvulus ; dixerunt enim : Ecce cum parvulus adhuc viveret, loquebamur ad eum, et non audiebat vocem nostram : quantò magis, si dixerimus : Mortuus est puer, se affiget !

19. Cum ergo David vidisset servos suos mussitantes, intellexit quòd mortuus esset infantulus ; dixitque ad servos suos : Num mortuus est puer ? Qui responderunt ei : Mortuus est.

20. Surrexit ergo David de terrâ, et lotus unctusque est : cumque mutasset vestem ingressus est domum Domini, et adoravit. Et venit in domum suam, petivitque ut ponerent ei panem, et comedit.

21. Dixerunt autem ei servi sui : Quis est sermo quem fecisti ? propter infantem, cum adhuc viveret, jejunasti et flebas ; mortuo autem puero surrexisti et comedisti panem.

22. Qui ait : Propter infantem, dum adhuc viveret, jejunavi et flevi ; dicebam enim : Quis scit si forte donet eum mihi Dominus, et vivat infans ?

23. Nunc autem, quia mortuus est, quare jejunem ? numquid potero revocare eum amplius ? Ego vadam magis ad eum ; ille verò non revertetur ad me.

24. Et consolatus est David Bethsabee uxorem suam, ingressusque ad eam dormivit cum eâ. Quæ genuit filium, et vocavit nomen ejus Salomon. Et Dominus dilexit eum ;

25. Misitque in manu Nathan propheta, et vocavit nomen ejus Amabilis-Domino, eò quòd diligeret eum Dominus.

26. Igitur pugnabat Joab contra Rabbath filiorum Ammon, et expugnabat urbem regiam.

27. Misitque Joab nuntios ad David, dicens : Dimicavi adversum Rabbath, et capienda est urbs aquarum ;

28. Nunc igitur congrega reliquam par-

jeuna ; il se retira en particulier, et demeura couché sur la terre, implorant la miséricorde du Seigneur.

17. Les principaux de sa maison vinrent le trouver, et lui firent de grandes instances pour l'obliger à se lever de terre ; mais il le refusa, et ne mangea point avec eux.

18. Le septième jour l'enfant mourut, et les serviteurs de David n'osaient lui dire qu'il était mort, car ils s'entre-disaient : Lorsque l'enfant vivait encore, et que nous lui parlions, il ne voulait point nous écouter ; combien donc s'affligera-t-il encore davantage si nous lui disons qu'il est mort !

19. David voyant que ses officiers parlaient tout bas entre eux, reconnut que l'enfant était mort ; et le leur ayant demandé, ils lui répondirent qu'il était mort.

20. Aussitôt il se leva de terre, alla au bain, prit de l'huile de parfums ; et, ayant changé d'habit, il entra dans la maison du Seigneur, et l'adora avec une parfaite soumission à sa volonté. Il revint ensuite à sa maison, demanda qu'on lui servît à manger, et il prit de la nourriture.

21. Alors ses officiers lui dirent : D'où vient cette conduite si extraordinaire ? vous jeûniez et vous pleuriez pour l'enfant lorsqu'il vivait encore, et après qu'il est mort, vous vous êtes levé et vous avez mangé !

22. David leur répondit : J'ai jeûné et pleuré pour l'enfant tant qu'il a vécu, parce que je disais : Qui sait si le Seigneur ne me le donnera point, et s'il ne lui sauvera point la vie ?

23. Mais maintenant qu'il est mort, pourquoi jeûnerais-je ? est-ce que je puis encore le faire revivre ? C'est moi plutôt qui irai à lui ; et il ne reviendra jamais à moi.

24. David ensuite consola sa femme Bethsabee ; il dormit avec elle, et elle eut un fils qu'il appela Salomon. Le Seigneur aima cet enfant ;

25. Et lui donna par le prophète Nathan, qu'il envoya à cet effet, le nom d'Amabile-au-Seigneur, parce que le Seigneur l'aimait.

26. Cependant Joab continuait à battre Rabbath, ville des Ammonites ; et étant près de prendre cette ville royale,

27. Il envoya des courriers à David, avec ordre de lui dire : J'ai battu jusqu'ici Rabbath, et cette ville environnée d'eau va être prise.

28. Faites assembler le reste du peuple ; et venez au siège de la ville, et la prenez, de peur

tem populi, et obside civitatem et cape eam, ne, cum à me vastata fuerit urbs, nomini meo adscribatur victoria.

29. Congregavit itaque David omnem populum, et profectus est adversum Rabbath, cumque dimicasset cepit eam.

30. Et tulit diadema regis eorum de capite ejus, pondo auri talentum, habens gemmas pretiosissimas; et impositum est super caput David. Sed et prædam civitatis asportavit multam valde.

31. Populum quoque ejus adducens servavit, et circumegit super eos ferrata carpenta; divisitque cultris, et traduxit in typo laterum: sic fecit universis civitatibus filiorum Ammon. Et reversus est David et omnis exercitus in Jerusalem.

VERS. 4. — MISIT ERGO DOMINUS NATHAN AD DAVID, QUI CUM VENISSET AD EUM, DIXIT EI: DUO VIRI ERANT IN CIVITATE UNA (1). Multi jam fue-

(1) *Le Seigneur donc envoya Nathan vers David, qui lui dit: Il y avait deux hommes dans une ville, dont l'un était riche et l'autre pauvre. David demeure dans son crime près d'une année, sans que la pensée lui vienne de s'en retirer. Dieu nous a voulu marquer ainsi sensiblement combien il est nécessaire qu'il agisse lui-même dans les âmes, pour les réveiller de leur assoupissement. Car sans la lumière de la grâce que Dieu nous envoie quand il lui plaît, nous ne voyons rien de nos péchés. Nous marchons dans nos ténèbres sans savoir où nous allons, et sans savoir même que nous sommes dans les ténèbres. Tout ce qu'on nous dit de bon pour nous attirer à Dieu, nous passe pour une parabole; comme tout ce discours de Nathan fut d'abord une énigme pour David, jusqu'à ce que Dieu nous dise lui-même au fond du cœur: C'est vous qui êtes cet homme. Si ce bon pasteur ne fût venu chercher cette brebis égarée, elle ne serait jamais revenue à lui.*

Quoique le Sauveur ne parle plus maintenant par les prophètes, et qu'il se cache dans ses ministres et ses serviteurs, c'est toujours lui néanmoins qui vient nous chercher et nous guérir. C'est là ce que Dieu même nous veut enseigner, lorsqu'il nous fait voir David si longtemps tranquille dans son péché, et jouissant de cette fausse paix dont l'Évangile parle, jusqu'à ce qu'il lui vienne une lumière du ciel qui lui ôte le voile de dessus les yeux.

Nathan épargne beaucoup David dans ce discours figuré, puisqu'il ne lui dépeint, par la brebis que le riche ravit au pauvre, que le violement de Bethsabée, sans lui marquer la mort de celui auquel elle appartenait, c'est-à-dire le meurtre d'Urie. Car ce saint prophète allait à la source de la chute de David, le premier péché, qui était l'adultère, ayant été la véritable cause du second. Lorsque le prophète

que, lorsque je l'aurai détruite, on ne m'attribue l'honneur de cette victoire.

29. David assembla donc tout le peuple, et marcha contre Rabbath, et après quelques combats il la prit.

30. Il ôta de dessus la tête du roi des Ammonites le diadème, qui pesait un talent d'or, et était enrichi de pierreries très-précieuses, et il fut mis sur la tête de David. Il remporta aussi de la ville un fort grand butin.

31. Et en ayant fait sortir les habitants, il les traita comme ils traitaient eux-mêmes leurs ennemis. Il les coupa avec des scies, fit passer sur eux des chariots avec des roues de fer, les tailla en pièces avec des couteaux, et les jeta dans des fourneaux où l'on cuit la brique. C'est ainsi qu'il traita toutes les villes des Ammonites. David revint ensuite à Jérusalem avec toute son armée.

## COMMENTARIUM.

rant exacti dies, neque tamen mens Davidi antiqua redierat, quam immoderatus carnis affectus eripuerat. Jam enim natus erat puer furtivâ venere et adulterino concubitu conceptus, ut constat ex fine præcedentis capitis; et quia Nathan hoc loco mortem puero ex adulterio nato minatus est. Quare necesse est, in peccato Davidem novem saltem mensibus hæsisse. Ad illum igitur Deus misit prophetam, qui excitaret e somno soporatum animum, et illum sceleris renovatâ et exaggeratâ memoriâ compungeret. Qui adductâ parabolâ sceleris indignitati accommodatâ, fecit ut rex ipse quasi damnaret alium, cujus proponebatur adumbrata culpa, in seipsum tulerit justum severumque judicium. Usus est autem parabolâ propheta, ut incautum regem et artificii nescium ad veritatis cognitionem, fœditatemque criminis agnoscendam, et in seipso puniendam pertraheret. Hoc porro dicendi genus maximè est usitatum et familiare his regionibus, quæ terræ promissionis terminos attingunt, quibus Deus, ut in aliis plerumque, dicendi stylum accommodavit. De quibus sic

*dit qu'un étranger vint voir cet homme riche, ce mot, qui marque le mauvais désir de la concupiscence, est, selon saint Augustin et Théodoret, très-mystérieux; et il nous apprend que cette faute de David lui était comme étrangère, et non pas d'habitude, ce qui l'aurait rendu bien plus difficile à pardonner. Car Dieu excuse bien plus les péchés qui se font comme par surprise que ceux qui viennent d'une longue accoutumance, et qui se sont comme enracinés dans l'âme par une habitude de beaucoup d'années.* (Sacy.)

Hieronymus, l. 3. Comment. in Matthæum: « Familiare est Syris, et maximè Palæstinis, ad omnem sermonem suum parabolâ jungere, ut quod per simplex præceptum teneri ab audientibus non potest, per similitudinem exemplaque teneatur. » In Testamento Novo occurrunt plurimæ, in Veteri non pauca, qualis est illa c. 14, Thecuanae feminae in causâ Absalomis, et Jonathan Jud. c. 9. Parabola aperta est, nec difficilis accommodatio. Tantum videndum, an aliquid in hac parabolâ sit à consuetudine alienum; nam parabolâ ab eo sumuntur plerumque, quod usu venire solet. Et in hac parabolâ necessariò dicendum, cum Davidi fuerit non ut parabola proposita, sed ut historia vera; alioquin non tam in illum esset stomachatus, qui suis pepercisset ovibus, et alienam ad hospitale convivium occidisset.

VERS. 5. — PAUPER AUTEM NIHIL HABEBAT OMNINO PRÆTER OVEM UNAM PARVULAM, QUAM EMERAT, ET NUTRIERAT, ET QUÆ CREVERAT APUD EUM CUM FILIIS EJUS, SIMUL DE PANE ILLIUS COMEDENS, ETC. Hanc parabolam mox historiæ accommodabimus; nunc umbram ipsam, et quasi historiæ corticem explicemus. Solent animalia quædam naturâ mitia atque domestica, aut arte cicurata in deliciis haberi, quæ si ejusmodi sunt, ut varios domino ludos et delicias afferant, magno habentur in amore et pretio. Quales sunt canes Melitenses, aviculæ loquaces et vocales, et alia verè ludicra otiosorum et delicatiorum hominum oblectamenta. Inter hæc sunt alia honesta magis, quæque virorum sanctorum disciplina severa non respuit, quales sunt cicurati cervi, oves et agni, qui ad mensam veniunt, neque minùs sunt familiares ac domestici, quam servi ac filii, quales fuere cervus Cyparissi, de quo Ovidius lib. 10 Metam., et cervus, de quo Virgilius lib. 7 Æneidos:

*Cervus erat formâ præstanti, et cornibus ingens, Tyrrhidæ pueri quem matris ab ubere raptum Nutriant, Tyrrhusque pater, cui regia parent Armenta, et lati custodia credita campi. Assuetum imperiis soror omni Sylvia curâ Mollibus intexens ornabat cornua sertis, Pectebatque serum, puroque in fonte lavabat. Ille manum patiens, mensæque assuetus herili, etc.*

Sic autem à Marone ex hominum consuetudine finguntur illius cervi domini tulisse graviter occisum esse domesticum cervum, ut ideò bellum agreste dicatur excitatum, et in eo cecidisse non pauci. Hinc colligi potest, quam justè dolere debuerit vir ille, de cujus sinu erepta est et jugulata ovis, et quam graviter

ac justè David in illum indignatus fuerit, qui occisâ ove illius dominum et penè parentem dolore non injusto tam graviter affecerit (1).

VERS. 5. — VIVIT DOMINUS, QUIA FILIUS MORTIS EST VIR QUI FECIT HOC (2). Perculit statim regis animum sceleris improbitas, et ex offenso animo erupit statim quasi vibratum è nube fulmen, horribile judicium, quod confirmavit David addito juramento, torsitque vehementiùs, quem admodum ab amente telum violentiùs adigitur. *Filius mortis* ex Hebræorum idiomate ille dicitur, qui dignus est morte, quod declaravit hoc loco David, et ut illum vir ille inclemens et avarus subiret, pro regiâ potestate decrevit: neque enim quid sentiret tantum, sed etiam quid faciendum esse decerneret, illo dicendi genere significavit (3).

VERS. 7. — TU ES ILLE VIR. Postquam in adumbratum illum virum hostilem spiritum imbibit David; et severum mortis judicium fulminavit, accommodavit Nathan inductam parabolam, et regem ipsum sui judicii gladio jugulavit. Ovis, quam homo ille barbarus et rusticus de sinu abstulit, fuit Bethsabée, quem de sinu, id est, de legitimo Uriæ thalamo abduxit David. Quam Urias emerat nuptiali more, sicut David ipse cum sui capitis periculo centum Palæstinorum præputiis emit Saülis filiam; et Jacob septem annis duræ servitutis emit sponsam Rachel. Quomodò ab sponsis emerentur sponsæ, diximus in nostris Commentariis ad

(1) VERS. 4. — PARCENS ILLE SUMERE DE OVIBUS. Adjunctum hoc maximi in hac re momenti erat; idque facilè Davidem induxit, ut pronuntiaret, criminis illius reum dignum esse morte; furti enim crimen non nisi quadrupli pœnâ mulctatur. Quæ animi imbecillitate committuntur crimina, veniâ utcumque digna sunt; cum verò dolo malo atque animi perversitate peccatur, ut libido expleatur, tum utique crimen excusationem non meretur. (Calmet.)

(2) *David entra dans une grande indignation contre cet homme. Cette disposition de David nous fait voir que l'amour de nous-mêmes possédant notre cœur, aveugle notre raison, et que nous jugeons toujours plus sainement de ce qui se passe dans les autres, que de ce qui nous regarde nous-mêmes.* (Sacy.)

(3) VERS. 6. — OVEM REDDET IN QUADRUPLUM, ex lege Exodi 22, 1, sancientis: *Si quis furatus fuerit bovem aut ovem, quinque boves pro uno bove restituet, et quatuor oves pro una ove.* David morte quatuor liberorum mulctatus est, prioris nempe è Bethsabée, Ammonis, Absalomi et Adoniæ, in criminis sui pœnam; violatam tulit filiam ab Amnone filio suo; tum et uxores suas publico Absalomi incestu pollutas. Septuaginta: *Reddet agnam in septuplum.* (Calmet.)